

PROF. CHRISTIAN EBERHART

Fakultät	Philosophische Fakultät
Geboren	1619 in Kaltennortheim (Thüringen)
Gestorben	1678 in Helmstedt
Kurzvita	Phil. Prof. d. Geschichte und Poesie in Helmstedt (1655–1678);
Studium in Helmstedt	Immatrikulation in Helmstedt: Christianus Eberhardt Kaltnortheimenses fratres (13.07.1639)
Ehefrauen	Anna M. Eberhart geborene Grosse (04.11.1610–12.08.1658), Heirat 1655; Anna E. Eberhart geborene Rixleben (26.05.1633–15.11.1681), Heirat 1660
Quelle	
GND	https://d-nb.info/gnd/121869490
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-55-eberhart

Lehrstühle

1655–1678 Lehrstuhl für Geschichte / Poesie, Helmstedt

Vorlesungen (84)

Christianvs Eberhart Histor. & Poet. Prof. in Iustino explicando perget, adhibitis subinde, quantum per temporis brevitatem licebit, praeceptis Philosophi Politicis & alicubi etiam, ubi Oratio aliqua resolvenda, vel animi affectus decl. arandus, Rhetoricis. Absoluto isto paucis percurreret res Romanas, & ad Germanicam historiam fusius postea tradendam viam muniet. [...] Docet hora prima., Sommersemester 1656

[...] Disputationes etiam aliquas Historico Politicas, ex lectionibus potissimum publicis desumptas, publice habere decrevit. [...], Sommersemester 1656

[...] Privatim quoque brevi Collegium vel Historicum vel Poeticum, & absoluto, quod nuper aperuit Politico, Geographicum sacrum, in quo tota S. Scriptura percurrenda, & loca ibi commemorata singula intabulis Chorographicis ostendenda erunt instituet., Sommersemester 1656

Christianvs Eberhart absolutis iis, quae pauca in Iustino adhuc explicanda restant, Historiam Romanam ex Eutropii Breviario publice tradet, quo ad finem perducto, etiam poeticum aliquem librum interpretabitur. [...], Wintersemester 1656/1657

[...] Privatim quoque Historiae Germanicae ad nostra usque tempora compendium proponet, quam primum Sacra, quam his diebus proximis traditurus est, Geographia erit absoluta. Alia etiam exercitia privata ad quorundam petitionem instituet, suo tempore indicanda., Wintersemester 1656/1657

[...] Privatim praeter historiam Germanicam etiam alia tractabit, quae civilis prudentiae studiosis utilia videbuntur., Sommersemester 1657

Christianvs Eberhart cum per proxime elapsos menses certis de causis Geographiam publice tradiderit, historiam Romanam huc usque dilatam, propediem auspicabitur; & praeter ea, quae ad antiquitates Rom. explicandas pertinent, adhibitis perpetuo praeceptis Politicis Aristotelis & aliorum, qua ratione ex singularibus exemplis propositiones seu axiomata Politica, vel etiam excerpta aut loci communes Historico Politici colligi possint, ostendet. [...], Sommersemester 1657

Christianus Eberhard in historia rerum ab initio Imperij Maximiliani I. seu anno partae salutis MCCCCXCIII usq; ad annum MDCL gestarum enarratione qua superioribus dieb. est exorsus, perget, & quae tum in Germanico nostro, tum Hispaniae, Galliae, Italiae, Britanniae, Daniae, Sveciae, Russiae, Poloniae, Hungariae, & Turciae regnis atq; Imperijs vel Principum secessionibus vel Imperiorum ipsorum ac Reip. mutationes, vel gravia etiam bella aut alia memoram maxime digna, intr id selqui seculum contigere, cum singulorum praecipuis causis breviter explicabit. [...], Sommersemester 1658

[...] Privatim etiam, si qui volent, ea tradet, quae publica superioris anni calamitas impedivit., Sommersemester 1658

Christianus Eberhart Histor. & Poes. Prof. perget in tradenda recentioris aevi historia, cui inter disserendum etiam Genealogias principum familiarum in tabula descriptas, subinde porro junget. [...] Docet hora secunda., Sommersemester 1659

[...] Disputationes quoque nonas historici inprimis argumenti, si qui respondentium fungi volent munere, publice habebit., Sommersemester 1659

[...] Privatim reliqua duo historiae lumina, Geographiam ac Genealogiam, & illam quidem propediem, absoluta vero ea istius etiam aliquam, praecipuas complectentem familias hodiernas epitomen proponet. Docet hora II., Wintersemester 1659/1660

Christianus Eberhart Chronologicum sive historicum rerum inprimis Germanicarum ab anno 1552. seu bello Mauritiano & Passaviensi pace, ad nuperi usque belli Germanici initia, compendium dictabit, & potiora differendo illustrabit. [...], Wintersemester 1659/1660

Christianus Eberhart post Salustij Conjuratorem Catilinariam, quam superiore trimestri explicandam suscepit, Philippi Melanchthonis Electione Caroli V. Imp. libellum ex eoq; & caeteris ejus aevi historicis Reip. Germanicae, aliorumque Europae regnorum ac rerumpubl. istis temporibus statum, quodque singulorum rebus ex electione ista vel emolumentum, vel detrimentum expectandum fuerit (barbare id Interesse vocant) brevibus dissertationibus, [...] Finitis istis, veteris iterum historiae scriptorem quendam interpretabitur. Docet hora secunda., Sommersemester 1660

[...] quae publicis simul Disputationum exercitijs materiam praebeant, exponet. [...], Sommersemester 1660

Christianus Eberhard D. in L. Flori rerum Romanarum historia enarranda perget, qua absoluta aliud simile, quod prae reliquis idoneum videbitur, argumentum publice tractandum suscipiet., Sommersemester 1661

Christianus Eberhart in historia Vniversali, quam haud ita pridem absolutis L. Flori rerum Romanarum libris, ex Sleidani de IV. summis Imperijs libello tradere aggressus est perget, qua ad finem perducta, vel Romanum iterum vel recentioris historiae scriptorem aliquem interpretandum suscipiet. [...], Wintersemester 1661/1662

[...] Disputationes etiam varii argumenti historico-philosophici vel philologici, si qui respondentium fungit volent munere, edet. [...], Wintersemester 1661/1662

[...] Privatim Tab. Chronolog. Cl. Schraderi ab O.C. ad nostra usque tempora, brevi explicatione illustrat., eo peracto aliud quoddam sive Genealogicum sive Germanicae historiae collegium instituturus., Wintersemester 1661/1662

[...] Privatim etiam porro tractabit, quae studiosae juventuti utilia arbitrabitur, vel, ut hactenus aliqui fecere, ipsi sibi proponi postulabunt., Sommersemester 1662

Christianus Eberhart Velleium Paterculum publice interpretabitur, & quae ex eo scriptore deperierunt, ex alijs historicis ad ductum Tab. Chronologicarum supplebit, ut ita praecipuam veteris historiae ad Servatorem usq. orbi annunciatum partem hoc semestri exponat. [...] Docet

hora I., Sommersemester 1662

Christianvs Eberhart Tabb. Chronologicas a nato Servatore ad nostrum usque secunlum explicabit.
[...] Docet hora I., Wintersemester 1662/1663

[...] Privatim quoque Disputatorium exercitium instituet de varijs materijs historicis.,
Wintersemester 1662/1663

Christianvs Eberhart perget in enarrandis Tabulis Chronologicis Cl. Schraderi, quarum cum
posteriorem partem, quae est a nato Servatore, usq; ad Tab. XII differendo dictandisq; annotatis
explicaverit, reliquas intra mensem addet. Inde priorem quoque partem, quae tempora ante N.C.
exhibet, simili modo pertractabit. Docet hora I., Sommersemester 1663

Christianvs Eberhart Tabb. Chronolicarum Cl. Schraderi partem priorem tum differendo, tum
notis ad calamum dictandis illustrare perget. Hac absoluta publice quidem scriptorem aliquem
historicum veteris aevi interpretabitur, [...] Docet hora prima., Wintersemester 1663/1664

[...] privatim vero Germanicae historiae epitomen aut aliud quid aeque utilis argumenti tradet.,
Wintersemester 1663/1664

[...] Privatim quae tradat, ex auditorum desiderio constituet., Sommersemester 1664

Christianvs Eberhart Corn. Taciti librum de moribus Germanorum publice interpretabitur, initium
eo Germanicae historiae explanandae facturur. [...] Docet hora I., Sommersemester 1664

Christianvs Eberhart cum elapso semestri partim notis ad Cl. V. Tabb. Chronologicas multorum
rogatu porro dictandis perficiendisq; partim morbo gravissimo ac diuturno impeditus,
promissam Taciti de moribus Germanorum interpretationem aggredi haud potuerit, jam sine mora
id faciet. [...] Docet hora I., Wintersemester 1664/1665

[...] Operam praeterea suam iis, qui Historici vel Poetici alius ve argumenti Collegia expetent, aut
Disputationibus seu publice [...] habendis se exercere volent, offert., Wintersemester 1664/1665

[...] Operam praeterea suam iis, qui Historici vel Poetici alius ve argumenti Collegia expetent, aut
Disputationibus [...] seu privatim habendis se exercere volent, offert., Wintersemester 1664/1665

Christianvs Eberhart antquam in Germanica historia progrediatur, unum alterumve librum
Virgilianae Aeneidos publice enarrabit, ex iisque strictim tum artis praecepta in gratiam poetices
studiosorum, tum quae ad historiae veritatem pertinent, proponet. [...] Docet hora I.,
Sommersemester 1665

[...] Inde ad promissam operam rediturus, privatim simul ea tradet, quae maxime auditoribus ex
usu esse arbitrabitur., Sommersemester 1665

Christianvs Eberhart quantum per continua Magistratus Academici, quem jam gerit, negotia licebit,
breve aliquod seu historici seu poetici argumenti opusculum per proximum hoc trimestre
explicabit. Deinde partem aliquam Germanicae historiae tradet., Wintersemester 1665/1666

Christianvs Eberhart perget in explicanda historia Germanica, ejusque epitome ad calamum
dictanda. [...] Docet hora I., Sommersemester 1666

[...] Privatim primo Geographiam, deinde vel universalem historiam, vel si quem veterum
historicorum auditores potius expetent, interpretabitur., Sommersemester 1666

Christianvs Eberhart Velleium Paterculum succincta interpretatione enarrabit. Postea ad
Germanicam historiam reversus, ejus epitomen, a Cimbrico bello ad initium regni Francorum nuper
perductam, eodem, quo hactenus modo, ex propriis cujusque aevi, vel faltem, ubi isti desunt,
proximis aut aliis praestantibus scriptoribus, non neglecta interim, ubi vel fides vel iudicium illorum
deficit, recentiore censura, pertextet: praeter res bello gestas, etiam, quae in publicae rei statu
singulis temporibus mutata fuere, aut alia ratione ad illum pertinent, subinde, suis annis,

additurus., Wintersemester 1666/1667

Christianus Eberhart in historiae Germanicae epitome tradenda atque ad calamum dictanda perget, eamque hoc semestri, juvante Deo, & si impedimenta quaedam cessaverint, absolvet. [...], Sommersemester 1667

[...] Privatim historiam universalem, ceu nuper quibusdam denuo rogantibus promisit, vel ex Tabulis Chronologicis, vel alio ejus compendio, proponet., Sommersemester 1667

Christianvs Eberhart in Germanica historia tam ratione civilium rerum quam bellorum ex cujusvis aevi proprijs aut certe proximis alijsque fide dignis scriptoribus eruenda atque in epitomen secundum annorum feriem redigenda, quem laborem hactenus per varia impedimenta absolvere non potuit, perget, & ut tandem ad finem perducatur, quantum unquam licebit, dabit operam., Wintersemester 1667/1668

Christianvs Eberhart iis, quae Germanicae historiae hactenus a se propositae, adhuc addenda videbuntur, qua postest fieri, brevitate adjectis, publice universalem historiam tradere aggredietur. [...], Sommersemester 1668

[...] Privatim Genealogias illustriorum familiarum, aut aliam partem recentioris historiae explanabit. [...], Sommersemester 1668

[...] Quod si qui etiam de argumento aliquo historico vel cognati generis, seu singulari seu totius cujusdam operis, publice [...] disputando se exercere voluerint, illis quoque promptam operam pollicetur., Sommersemester 1668

[...] Quod si qui etiam de argumento aliquo historico vel cognati generis, seu singulari seu totius cujusdam operis, [...] privatimve disputando se exercere voluerint, illis quoque promptam operam pollicetur., Sommersemester 1668

Christianvs Eberhart universalem historiam, quam haud ita pridem exorsus est, ad ductum Tabularum Chronolicarum porro tradet. [...] Docet publice hora 1., Wintersemester 1668/1669

[...] Ex caeteris innumeris historici argumenti partibus, quamcunque privatim sibi proponi Auditores voluerint, sine mora quoque pertractandam suscipiet., Wintersemester 1668/1669

Christianvs Eberhart alteram historiae universalis partem, quae a nato incipit Servatore, ad ductum Tabularum Chronolicarum proponet, & quas ad illas ante annos aliquot dictavit notas, rogatu quorundam denuo, sed in usum discentium paullo pleniores adjunget. [...] Docet hora tertia., Sommersemester 1669

[...] Si qui privatim opera sua in tradendis quibusdam disciplinis aut historia, vel instituendis disputandi exercitiis volent uti, illorum quoque commodis lubens inserviet., Sommersemester 1669

Christianvs Eberhart perget in Historia universali & dictandis notis plenioribus ad Tabulas Chronolicas. [...] Docet hora III., Wintersemester 1669/1670

[...] Privatim etiam itidem breve aliquod compendium Historiae universalis, quod intra trimestre absolvatur, vel aliam quamcunque historiae partem, quam prae reliquis gratam fore Auditoribus intellexerit, explicabit., Wintersemester 1669/1670

[...] In privato, quod his ipsis diebus auspicatus est, Collegio Genealogico, Principum Germanicorum familias exhibebit, eorumque exsuccessionibus, cognationibus ac connubiis jura controversiasque hactenus agitatae compendio proponet., Sommersemester 1670

Christianvs Eberhart in notis plenioribus ad posteriorem Tabb. Chronolicarum partem dictandis, iisque tum universali tum etiam scriptorum historia explicanda progredietur, utque hoc semestri eae absolvantur, dabit operam. [...] Docet hora III., Sommersemester 1670

Christianvs Eberhart in tradenda universali historia dictandisque notis uberioribus ad Tabulas

Chronologicas, quas ob varias causas hactenus absolvere non potuit, progredietur. [...] Docet publice hora III., Wintersemester 1670/1671

[...] Privatas lectiones Genealogicas de praecipuis Germanici imperij familijs auditorum rogatu paullo fusius pertractatas, continuabit, utque intra proximum trimestre, juvante Deo, absolvantur, dabit operam., Wintersemester 1670/1671

Christianvs Eberhart recentiorem, & inprimis rerum Germanicarum historiam a medio usque seculi XI. quo magnam illam mutationem imperium nostrum sub Henrico IV. Imp. passum fuit, una cum celebriorum cujusque seculi scriptorum enarratione, juxta Tabb. Chronologicas exponet, easque annotationibus porro dictandis illustrabit. [...] Docet publice hora III., Sommersemester 1671

[...] Privatim historiam illustriam Germanici imperij familiarum, quae in Tabb. Genealogicis Tubingae ante aliquot annos editis ac nuper recensis continentur, jam ante annum coeptam continuabit, qua absoluta aliud simile argumentum pari ratione tractandum, juvante Deo, aggredietur., Sommersemester 1671

[...] Privatas quoque lectiones de praecipuis Germaniae principum familiis, ob argumenti varietatem & amplitudinem jam ultra sesquiannum continuatas, ut intra proximum hoc trimestre absolvat, sedulo dabit operam. Hisce finitis vel ad praecipuorum Comitum atque Urbium, vel ipsius Imperii Germanici historiam pari ratione, sed succincta brevitate, concinnandam, accedet., Wintersemester 1671/1672

Christianvs Eberhart universalem historiam & notas ad posteriorem partem Tabb. Chronologiarum, quas variis de causis ad finem perducere non dum potuit, proximis hisce mensibus absolvet. Inde priorem illarum partem, quae est ab O.C. usque ad C.N. pari modo, sed notis concisioribus, illustrabit. [...] Docet publice hora tertia., Wintersemester 1671/1672

Christianvs Eberhart cum Tabb. Chronologiarum & universalis historiae explicationem usque ad superioris seculi scriptores, & jam currens seculum XVII. perduxerit, ijs juvante Deo, brevi absolutis, Germanicam historiam, ab ultima ejus, quantum quidem ex probatis tantum scriptoribus ea cognosci potest, antiquitate exponere ac scripto complecti aggredietur. [...] Docet publice hora III., Sommersemester 1672

[...] Privatim vero post enarratas hactenus integro biennio plerasque principales Imperij Germanici familias, ipsius nunc Imperij nostri historiam, a tempore Caroli M. secundum quatuor ita dicta causarum genera, ac ratione singulorum praecipuas ejus mutationes proponet, & junctis simul brevissime, ac quantum ad res Germanicas, earumque causas docendas sufficit, externis rebus potissimis, primo quidem usque ad interregnum illud diuturnum, seu Rudolphi Habsburgensis initium deducet. Posteriorum vero seculorum, usque ad praesens tempus enarrationem, qua, maxime ob totius fere Europae statum subinde simul indicandum, haud paullo erit fusior, sequenti tempore, si Deus volet, adtexere constituit., Sommersemester 1672

[...] Quae privatim se tractaturum pridem est pollicitus graves ob causas ea huc usque distulerit, quam primum illae permittent, aggredietur., Wintersemester 1672/1673

Christianvs Eberhart in historia hujus seculi, cujus, praecipue de rebus Germanicis, velut compendium quoddam, ab initio belli illius tricennalis, secundum annorum feriem coepit tradere, progredietur, eamque ad praesens usque tempus pertextet. [...] Docet hora III., Wintersemester 1672/1673

[...] Privatim lectiones Genealogicas seu historiam principalium Germanici Imperii familiarum ante triennium proponi coeptam & altero demum post ano absolutam, quasdam ob causas denuo, sed passim jam exactius elaboratam, & nunc auctam, nunc contractam, nunc correctam exhibebit. Juxta eam vero, ut integro recentioris aevi historia habeatur, si modo Deus valetudinem ac tranquillitatem porro concedet, ipsius Germanici Imperii & rerum praecipuarum externarum civilium

Ecclesiasticarumque historiam a Maximiliano I. usque ad nostrum seculum privatis itidem lectionibus proponet., Sommersemester 1673

Christianvs Eberhart rerum Germanicarum hujus seculi expositionem compendiarium, ex Theatro imprimis, ut & Diario Europaeo in epitomen redactis porro ad calamum dictare perget, atque ad praesens tempus continuabit. [...] Docet publice hora III., Sommersemester 1673

Christianvs Eberhart in rerum Germanicarum hujus seculi epitome ad calamum dictanda, & simul, ubi opus erit, differendo explicanda progredietur. [...] Docet publice hora III., Wintersemester 1673/1674

[...] Privatim lectiones Genealogicas, quorundam rogatu, eo, quo ante indicatum, modo adhuc repetit, mox vero vel ipsius Germanici Imperij historiam posteriorum seculorum adjunget, vel, ut jam noni postulant, aliarum quoque plurimum illustrium tum principalis, tum comitivae dignitatis familiarum historicam enarrationem, sed breviori tamen tractandi modo, proponet. Cum vero vacante jam Hebraica professione etiam illius Linguae Collegium ante trimestre coeptum tum explicatis Grammaticae praeceptis, tum psalmis etiam aliquot juxta illa resolutis, ante paucos dies absolverit, non deerit, si porro opus videbitur, aliorum quoque in hoc genere petitioni, vel denuo praecepta illa eadem seu breviori adhuc via traditurus, vel in magis exercitatorum gratiam integrum aliquem S. Scripturae librum juxta Syntactica praecepta & Hebraismos, adhibitis simul & collatis praecipuorum interpretum versionibus, resoluturus., Wintersemester 1673/1674

Christianvs Eberhart historiam hujus seculi, rerum imprimis Germanicarum, adjuncta tamen brevi totius status hodierni Europaei, bellorumque hinc inde exortorum descriptione, ut hoc semestri, juvante Deo, absolvat, dabit operam. [...] Docet hora III., Sommersemester 1674

[...] Privatim in enarrandis quorundam principum & comitum familiis progredietur., Sommersemester 1674

Christianvs Eberhart, cum, quae in seculi hujus historia ad nostrum usque tempus supersunt, ob grave impedimentum hactenus, ceu promiserat, ad finem perducere non potuerit, eo, ut brevi futurum sperat, divina ope tandem sublato, ut illa hoc semestri absolvat, omni studio annitetur. [...], Wintersemester 1674/1675

[...] Quid privatim sive ex Germanicae historiae partibus, sive porro tradenda nonarum illustrium familiarum historica exegesi, sive motuum ac bellorum in Europaeis regnis, principatibus ac rebuspp. post Osnabrugensem pacem exortorum ac partim hodieque durantium compendiarium descriptione concinnanda, sive universalis denique historiae compendio aliquo proponendo, cum singula haec a diversis postulentur, sit tractaturus, tempestive indicabit., Wintersemester 1674/1675

[...] Privatim quam nuper exorsus est Status Europaei recentissimi a confecta pace Westphalica ad praesens usque tempus historicam expositionem continuo studio urgebit, utque hoc semestri, juvante Deo, absolvat, dabit operam., Sommersemester 1675

Christianvs Eberhart postquam ea, quae ex seduli hujus historia adhuc supersunt, id quod brevi futurum sperat, pertractaverit, Germanici Imperij historiam a tempore Caroli Magni tradere aggredietur. [...] Docet publice hora III., Sommersemester 1675

Christianvs Eberhart in recentissimae historiae a confecta pace Westphalica ad praesens usque tempus compendio concinnando & ad calamum dictando, cum illud ob rerum multitudinem in majus, quam initio constituerat, opus excreverit, continuo perget, utque intra proximum hoc trimestre id pertexat, omni studio allaborabit. Quo absoluto tum ea, quae porro publice privatimque se traditurum pridem promisit, sine mora aggredietur. Docet publice hora III., Wintersemester 1675/1676

Christianvs Eberhart absolutis iis, quae ex proximorum annorum historia adhuc enarranda restant,

sue Germanicam, quam pridem promisit, seu, si majori Auditorum parti id gratius fore intelliget, universalem rursus historiam tradendam suscipiet. [...], Sommersemester 1676

[...] Privatim unum vel alterum argumentum particulare ad cognoscendum hodiernum Europae statum utile explicabit, & si Auditoribus placuerit, ex iisdem etiam theses pro disputationum exercitiis concinnatas proponet., Sommersemester 1676

Christianvs Eberhart quae superiore semestri morbo impeditus absolvere non potuit, deinceps, iuvante Deo, pertexet, absolutaque nostri temporis historia vel Germanicam ab initio rursus auspicabitur, vel Universalem proponere aggredietur. [...], Wintersemester 1676/1677

[...] Privatim quoque quae particularia argumenta se expositurum fuerat pollicitus, nunc viribus divina gratia restitutis persequetur, neque alia quae auditoribus grata esse intellexerit, praetermittet. Quae etiam antehac in privato Collegio de principibus Germanici imperij familijs tradidit, curatius elaborata publici juris faciet., Wintersemester 1676/1677

Christianvs Eberhart cum non ita pridem universalis Historiae epitomen ex Tabulis Chronologicis Cl. Schraderi, ad eas melius intelligendis, concinnare ac publicis lectionibus tradere sit aggressus, eandem deinceps continuabit. [...] Docet publice hora III., Sommersemester 1677

[...] Privatim historiam electionis Caroli V. ad eamque, praeter alia in ejusmodi negotio consideranda, inter causas, quarum in illa electione ratio habenda fuit, originem & progressum omnium controversiarum & inimicitiarum, quae inter Burgundicam Austriacam & Hispanorum regum familiam ac Galliae reges jam ultra duo secula, licet compositione earum saepius facta, sed subinde emergentibus novis causis iterum rupta, in hdiernum usque tempus durarunt, additis etiam nonis aliis non minoris momenti inter caeteros reges jaut respp. controversiis vel praetensionibus, quarum pariter in illa electione ratio haberi debuit, bimestri vel trimestri spacio explicabit. [...], Sommersemester 1677

[...] Tum si qui erunt, qui historiam principum familiarum antehac traditam, nunc accuratius elaboratam ac reffectis nonis in brevioram formam redactam repeti sibi velint, ad id quoque promptum se exhibebit., Sommersemester 1677

Christianvs Eberhart in Historia universali ad ductum Tabularum Chronologicarum concinnanda perget; [...] Docet publice hora III., Wintersemester 1677/1678

[...] privatim quoque ea traditurus, quae majori parti haec studia tractantium grata esse intelliget., Wintersemester 1677/1678

Christianvs Eberhart, ut Tabularum Chronologicarum, & ad eas melius intelligendas concinnandis Compendii Historiae universalis pertem priorem, ab O.C. ad natum usque Servatorem hoc semestri publicis lectionibus absolvat, dabit operam: [...], Sommersemester 1678

[...] Privatim quae ex recentiore historia plerisque gratiora esse intelliget, traditurus., Sommersemester 1678

Dissertationen (4)

De Potentiae Nonnullis Divisionibus Disputatio Metaphysica, 30.04.1653. VD17 12:175130D

Positionum Historicarum, Geographicarum, Philologicarum Saturae, 07.11.1663. VD17 23:232550Q

De summo bono seu felicitate humana Disputatio ethica prior, 1653

[...]De Spontaneo Et Invito Disputatio Moralis, 1656. VD17 3:650980N

Reden und Programme (4)

Christian Eberhart: Programma Quo Ad Carmen Divae Memoriae Friderici Tertii Daniae Ac Norwegiae Primi Monarchae consecratum a Christiano Paulli Dano Sim. Fil. Ab eodemque In Iuleo

Maiori recitandum Academiae Iuliae Cives invitantur, 20.05.1670. VD17 1:696608U

Christian Eberhart: Programma Centoni Virgiliano De Nativitate Domini Nostri Jesu Christi a Christophoro Dieterico Steinmann ..., 04.02.1670. VD17 12:162703Y

Christian Eberhart: Obitum Praematurum quidem sed beatum Viri ... Dn. Enochi Glaeseri ... Prid. Id. Septembr. MDCLXVIII. pie defuncti. VD17 23:264095V

Christian Eberhart: Programma Festo Michaelis Archangeli. VD17 23:232652L

Beteiligung an Reden und Programmen (1)

contributor in: Prorektor und Senat der Universität Helmstedt: Programma In Funere Amplissimi & Clarissimi Viri Dn. Christiani Eberharti ..., 12.05.1678. VD17 7:657968R

Rechenschaftsberichte

Zeitraum	13.10.1656–31.10.1656
Text	Anno MDCLVI / Mense Octobri / Post autumnales ferias, cum a die 13 usque ad diem 20 Octobris gravioribus quibusdam domesticis negotiis fuissem impeditus / ad lectiones publicas et Iustinum interpretandum redii die eiusdem mensis 21 / Diebus porro 23, 24, 27, 28, 30 [et] 31 in eodem auctore explicando progressus a libro eius XXXVII. perveni usque ad XLII / Christianus Eberhart
Quelle	37 Alt 2489, 39
Zeitraum	13.10.1656–31.10.1656
Text	Anno MDCLVI Mense Octobri / Post autumnales ferias, cum a die 13 usque ad 20 Octobris gravioribus quibusdam domesticis negotiis fuissem impeditus, ad lectiones publicas et Iustinum interpretandum redii die eiusdem mensis 21 / Diebus porro 23, 24, 27, 28, 30 [et] 31 in eodem auctore explicando progressus, a libro eius XXXVII perveni usque ad XLII / Christianus Eberhart
Quelle	37 Alt 204, H.2, 79
Zeitraum	31.10.1656
Text	Anno MDCLVI Mense Novembri / Prioribus huius mensis diebus, quae reliqua erant in Iustino absolvi / Cum vero studiosi [?] auctorem aliquem vel disciplinam ad finem perduxere, per dies aliquot cessare soleant / pars reliquum huius mensis, in quod praeterea etiam nundinae et disputatio Inauguralis ac promotio Doctoralis Medica, aliaque simul, quibus distinebar negotia incidebant, lectiones publicas differendas statui / Christianus Eberhart
Quelle	37 Alt 204, H.2, 80
Zeitraum	01.11.1656–30.11.1656
Text	Anno MDCLVI / Mense Novembri / Prioribus huius mensis diebus quae reliqua erant in Iustino absolvi / Cum vero qui auctorem aliquem vel disciplinam ad finem perduxere, / per dies aliquot cessare soleant; / per reliquum huius mensis, in quo praeterea etiam nundinae et Disputatio Inauguralis ac promotio Doctoralis Medica, aliaque quibus simul distinebar, negotia incidebant, lectiones publicas differendas statui / Christianus Eberhart
Quelle	37 Alt 2489, 40

- Zeitraum 30.11.1656
Text Anno MDCLVI Mense Decembri / Absoluta superiori mense Iustini et historiae veteris Asiaticae Graecaeque explicatione, Romanam historiam statim eram subiuncturus, verum ut mutato consilio Geographiam, eamque veterem potissimum, praemitterem, causis aliquibus sum inductus, Huius itaque disciplinae tradendae initium feci die 2 huius mensis 4to et 15to ob coelum nebulosum, quo in obscuro auditorio tabulae Geographiae haud satis poterant conspici, pergere non licuit / Reliquis diebus lectiones ordinarias habui usque ad 18um quo Disputatio Inauguralis Iuridica fuit habita. 19mo catarrhus atque ob hunc infestum frigus me impedivit / Subsecutae deinde sunt feriae solennes usque ad finem huius mensis / Praeter ea, quae prooemii loco de hac ipsa disciplina dixi proposui per hos dies generalem universi orbis eiusque partium atque Oceani descriptionem, deinde Europae, ac denique specialem Hispaniae / Christianus Eberhart
- Quelle 37 Alt 204, H.2, 81
- Zeitraum 01.12.1656–31.12.1656
Text Anno MDCLVI / Mense Decembri / Absoluta superiori mense Iustini et historiae veteris Asiaticae Graecaeque explicatione, Romanam historiam statim eram subiuncturus, verum ut mutato consilio Geographiam eamque veterem potissimum praemittere causis aliquibus sum inductus / Huius itaque disciplinae tradendae initium feci die 2 huius mensis / 4to ut et 15to ob coelum nebulosum, quo in obscuro auditorio tabulae Geographicae haud satis poterant conspici pergere non licuit / Reliquis diebus lectiones ordinarias habui usque ad 18um quo Disputatio Inauguralis Iuridica fuit habita / 19o catarrhus atque ob hunc infestum frigus me impedivit / Subsecutae deinde sunt feriae solennes usque ad finem huius mensis / Praeter ea, quae prooemii loco de hac ipsa disciplina dixi proposui per hos dies generalem universi orbis eiusque partium atque Oceani descriptionem, deinde Europae ac denique specialem Hispaniae / Christianus Eberhart
- Quelle 37 Alt 2489, 41
- Zeitraum 15.01.1657–29.01.1657
Text Anno MDCLVII / Mense Ianuario / Post solennes ferias ob iter necessarium Egelam susceptum dilatis adhuc per biduum lectionibus publicis, redii ad illas die XV Ianuarii, et cum ante ferias in tradenda Geographia ad Galliae usque Transalpinae partes pervenissem, repetitis breviter superioribus, Galliam Narbonensem, Antamiam et Celticam proposui. Die XVI Galliae Belgicae exhibui, et aliqua de hodierno Galliae statu disserui. XIX.o caelum nebulosum tabularum Geographiae in obscuro auditorio conspectum impedivit: nec XX.o negotium in privato consistorio expediendum pergere in lectionibus potui. XXII.o fuit mutatio Vice Rectoratus. XXIII.o Belgium hodiernum, eiusque singulas provincias, adita etiam historica status publici descriptione: XXVI.o Quae de Belgio restabant, itemque Britannicas Insulas exhibui. XXVII.o Funus Academicum horam lectionis eripuit. XXIX Germaniae hodiernae provincias XXX. Veteris aliquos populos, indicatis simul eorum sedibus, enarravi. Christianus Eberhart.

Quelle	37 Alt 2490, Fol. 17
Zeitraum	03.02.1657–27.02.1657
Text	Anno MDCLVII / Mense Februario / Die III.o huius mensis reliquos veteris Germaniae populos sedesque illorum: Vt.o vero Vindelicum et Noricum exhibui. VI.o Veterem Germaniam cum hodierna conferens populorum antiquorum sedes in singulis hodierna regionibus partibusque indicavi: Regionum item Septentrionalium, quae veteris Germaniae fuere partes, situm et hodiernum statum breviter descripsi. Die IX.o De more feriae fuere. X.o tam pers, ad Italiam veterem exhibendam accessi, indicatis primum eius terminis, partibus et incolis antiquioribus: Galliae iter Cisalpinae parte Transpadana. XII.o Galliae cispadanam, Hetruriam, Umbriam, Picenum, Sabinos: XIII.o Latium, et reliquas Italiae regiones, cum vicinis Insulis Sicilia, Sardinia, Corsica: XVI.o hodierna Italia, quibus distingvitur dominia et urbes hodieque insignes: Pannoniam item atque Myricum: XVII. Graciae partes, Eprium, Peloponnesum, Helladem, Thessaliam, proposui. XIX.o ob disputationem Inauguralem, quae eo die futura putabatur, lectionem differens, iter aliquod necessarium suscepi. XX.o Macedoniam vicinasque Graeciae in Ionico et Ægaeo mari insulas: / [v] / item Thraciam, et Moesiam: XXIII.o Daciam, Seythiamque Europaeam reliquam: universam item Sarmatiam, cum regnis et provinciis quae hodie in ea existent, tradidi XXIV. Disputatio Inauguralis Iuridica fuit habita. XXVI et XXVII. Asiae terminos, in eaque Sythiam, Sericam: deinde Sinas, Indiam, cum maris Eoi et Indici insulis: Imperii denique Persici provincias ultra Tigrim fl. proposui. Christianus Eberhart.
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 16
Zeitraum	02.03.1657–20.03.1657
Text	Anno MDCLVII / Mense Martio / Die secundo huius mensis Armenium, et regiones Pontum inter Caspium que mare: Cappadociam item, Galatiamque tertio Pontum et Bithyniam, Aliaeque propria regiones tradidi. V et sexto Catharro fui impeditus. IXo et X de Lycia, Pamphilia, Cilicia, regionibusque, quae ad Syriam ub antiquissimis scriptoribus fuerunt relatae, et in sacris Literae prae reliquis frequenter commemoruntur: interque eas primo loco de Assirio et deinde Babylonia: XIIo de Paradiso, eiusque situ, et finibus, regionibus à Mose in illius descriptione commemoratis: XIII de Mesopotamia, Arabia, Syria denique ipsa huiusque terminis ac partibus disserui. XVIum et XVII nundinae feriatos fecere. XIXo Phoeniciae et Pastinae terminos, huiusque divisiones, primo antiquissimam in septem populus Cananaeos: deinde alteram in tribus Israëlicas postea aliam in duo regna: et ultimam, in Galilaeam, Samariam, Judaeam et Idumeaam: XXo Urbes in singulis illis partibus celebriores, fluvios item, lacus, montesque ennaravi. Tandem Africae, in quas a veteribus Geographicis finem imposui. / Christianus Eberhartus
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 15
Zeitraum	06.04.1657–23.04.1657
Text	Anno MDCLVII / Mense Aprili et Maio / Paschales ferias et reliquum mensis Aprilis, necessarium iter in patriam, serenissimus Principis, Directoris Academicae Magnificentissimi nomine mihi indultum, consumpsit. Maii initio

	<p>inde reversus ad publicas lectiones redii die eius mensis XI.o et historiam Romanam explicaturus initio quidem de huius ipsius utilitate et amplitudine: tum ordine quo ea tractanda, quomodo pro temporum rerumque varietate distinguenda, qua denique ratione excerpta Historica seu Politica inde sint conficienda, disserui: quos sermones etiam die sequenti XII. continuavi. Die XIV valetudine impeditus XV.o Eutropium interpretari coepi, et explicato prooemio ipsam historiam aggressus, originem urbis Romae, variasque circa eam sententias exposui. Proxima deinde statim post Pentecosten hebdomada die XXVi Maii /v/ ad lectiones reversus de republice Romana eiusque scopo, forma praeterea eius prima et antiquissima, nempe regno, sub VII. illis regibus disserui, eamque initio novae illi civitati ac fini eius maxime accommodatam ac propemodum necessariam fuisse ostendi. Die XXIIIX et XXIX Romuli instituta et res gestas enarravi tum de Numa, secundi regis factis institutisque, et in genere de legum et sacrorum seu religionis in republice necessitate; De Tullo denique Hostilio tertio rege, et ab eo aucta civitate verba feci. Christianus Eberhart.</p>
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 18
Zeitraum	12.06.1657–30.06.1657
Text	Anno MDCLVII / Mense Iunio / A Calendis Iunii usque ad die XII. auctio librorum Hollandicorum publicas lectiones impeditit. Die XVI. in Romana historia progressus, Anci Martii, quarti Romanus regis facta, et occasione Ostiae primae Romanae coloniae ab eo conditae, varias coloniarum utilitates enarravi. Inde Tarquini Prisci res gestas et institutas exposui, iisque quaestiones alias ad civilem prudentiam facientes adiunxi. Dierum inter XVIII. et XXIX. huius mensis lectiones itinere Hannoveram salarii causa suscepto sunt impeditae. XXX.o ad illas redii et de Servio Tullio, ab eoque actis, inprimis de censu ab ipso instituto, Iustro item et aliis denique de Tarquinio superbo ultimo rege, eius moribus et factis causisque propter quas regnum amisit, ex praeceptis Politicis disserui. Christianus Eberhart.
Quelle	37 Alt 2490, Fol. 19
Zeitraum	16.03.1658–25.03.1658
Text	Anno MDCLIIIX / Mense Martio / Postquam restaurata nonnihil Academia, aliquos idoneos Auditores adesse sum arbitratus, ad lectiones publicas redii die XVI Martii, ac recentem historiam ab initio Imperii Maximilianii I Imperatoris tradere exorsus, initio de meo instituto ac novae istius historiae utilitate ac necessitate, adminiculis item et modo tractandi disserui. Die XVIII Funere Academico impeditus, XIXo, XXII, XXIII ac XXVI De familia ducum et Archiducum Austriae: de Burgundia eiusque ducibus inprimis autem Caroli Audacis gestis egi, posteaque qua occasione provinciae illae ad Austriacos pervenerint, et denique primas perpetui inter Austriacos et Gallos dissidii causas enarravi. Die XXIX et XXX Ob nundinas pergere non potui. / Christianus Eberhart
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 29
Zeitraum	01.04.1658–25.04.1658
Text	Anno MDCLVIII / Mense Aprili / Die I et II Egi de reliquis Europae praecipuis

	<p>regnis et rebus publice earumque circa initia Maximiliani Imperatoris statu: In primis de Hispaniae regibus, et Castellae Aragoniaeque regnis circa eadem tempora primum coniunctis: De Sicilia etiam eis adiuncta, Maurisque et Iudaeis Hispania eiectis atque Inquisitionis Hispaniae origine ac progressu: Catholici inde titulo regibus Hispaniae tributo: Ac novo denique orbe eodem tempore invento. Secutae sunt feriae Paschales, quibus finitis per unum adhuc alterumque diem maiore paullo Auditorum numero expectato ad lectiones redii die XXIX Aprilis, quo ut et XXX De Italia, qui circa initia Maximiliani fuere, principibus et rebusp. in primis de Venetorum republice ac potentia: de regibus Neapolitanis, Alexandro VI. Pontifice et Mediolanensibus ducibus disserui. / Christianus Eberhart.</p>
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 28
Zeitraum	03.05.1658–28.05.1658
Text	<p>Anno MDCLVIII / Mense Maio / Die III, IV, VI, VII, X, XI De Ludovici Sfortiae Mediol. Ducis consiliis et factis: De iure in regnum Neapol. tum Aragoniorum tum ducum Andegavensium et regum postea Galliae: de aliis item belli Neapolit. à Carolo VIII. Gall. R. gesti causis praetextibus, occasionibus, initio ac progressu: De Florentina republica et Mediceorum in ea principatu: de fuga regum Neapolitanorum et regno à Carolo occupato, verba feci. Diem XIII. et XIV Iter necessarium occupavit. / XVII et XIX De foedere inter Imperium Hispaniae reges et Italiam contra Carolum Gallum causis et conditionibus, huiusque in Galliam reditu, et regno ab Aragoniis recepto egi. / XXI Disputatio Inauguralis Iuridica fuit habita. / Die XXIV Ob aliquos scriptores, quibus in sequenti historia explicanda opus mihi erat, è Bibliotheca Academica prius petendos lectio à me est dilata. / Die XXV, XXVII [et] XXVIII Egi de comitiis Wormatiensibus, Anno 1495 celebratis et tum primum instituto Camerae Imperialis iudicio, eiusque instituti causis. / Praecipua etiam Consitutionis eius capita et alia in Comitiis illis acta et constituta enarravi. / Christianus Eberhart.</p>
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 27
Zeitraum	10.06.1658–24.06.1658
Text	<p>Anno MDCLIX / Mense Iunio / Post ferias Pentecostes redii ad lectiones publicas die huius mensis X. quo ut et XII. rescriptis atque explicatis nonnullis ex superioribus, historiam anni 1496 in eaque de bello Florentinorum et Pisanorum: ac Maximiliani Imperatoris prima in Italiam expeditione: Ultimis Neapolit. e familia Aragonica regibus: Philipii Austriaci cum Iohanna Hispanica matrimonii, eiusque occasione Hispanicis regnis ad Austriacam familiam devolutis explicavi. / Die XIV et XV Ob examen privatum Candidatorum pergere non potui. / Die XVII, XIX, XXI, XXII et XXIX Historiam annorum 1497, 1498 et 1499 In eaque Caroli VIII. Gall. R. obitum et Ludovici XII. successoris ius in ducatum Mediol. foedus eius cum Venetis et Pontifice: Maximiliani cum Helvetiis et Ludovici Gall. R. cum Lud. Sfortia bellum gestum exposui / Die XXV Examen publice candidatorum, et XXIX actus promotionis eorundem publicus, lectiones impediverunt. / Christianus Eberhart.</p>
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 26
Zeitraum	01.07.1658–25.07.1658

Text	Anno MDCLIX / Mense Iulio / Primo et Vto huius mensis ob nimium aestum valetudini adversum in lectionibus progredi haud potui. / Vito, VIII et IX in historia annorum 1500 et 1501. Egi de Comitii Augustae priore illo anno habitis, Senatu quodam Imperii constituto, ac Camerae iudicio restaurato, variisque aliisque ibidem decretis: De Iubilaeo etiam a Pontificibus Romanum celebrari solito: De regni Neapolitani inter reges Hispaniae Galliaeque, expulso Friderico Aragonio, divisione: De Philippi Austriaci iure in regna Castiliae, aliisque ad illos annos pertinentibus. / Diem XIIum et XIII. Nundinae feriatos fecere. / XVto, XVI, XIX [et] XX Ad annos 1502, 1503, 1504, 1505, 1506 De bello inter Hispanos Gallosque ob regni Neapol. divisionem orto, hisque per Consalvum inde expulsis: de Alexandro VI. Pontifice, veneno quod filius aliis paraverat, extincto, et electo Iulio II: De bello Bavarico, a Caesare Maximiliano et principibus aliis contra Philippum ac Rupertum Palatinos gesto: de Isabella reginae Castiliae obitu, regnoque a Philippo Austricaco occupato: de eiusdem quoque obitu et Ferdinandi Soceri ex Italia in Castiliam reditu: XXIX (Cum per dies intermedios gravissimus uxoris morbus me detinisset) et XXX de /[v]/ Comitii Constantiae Anno 1507 celebratis Camerae iudicio denuo instaurato: Genua a Rege Galliae debellata, aliisque anno isto gestis disserui. / Christianus Eberhart
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 24 f.
Zeitraum	02.08.1658–28.09.1658
Text	Anno MDCLIX / Mense Augusto et Septembri / Die II ac III Augusti Vinto item, IX ac X de foedere Cameraci Anno 1508 inter Maximilianum Imperatorem Ludovicum Galliae et Ferdinandum Hispaniae reges ac Iulium Pontificem contra Venetos isto; eius conditionibus, et quoad singulos foederatos causis ac praetextibus: de bello Venetis anno 1509 a rege Galliae illato: pacis conditionibus a Venetis Maximiliano oblatis: huius et caeterorum sociorum rebus gestis, obsessoque ab eo Patavio, tractavi. / Dies V et XII Uxoris morbo deuno ereptus cumque eodem die mors illius esset secuta, animus plane conturbatus et ipsa corporis valetudo iuctus violentia graviter concussa, per reliquum huius mensis et Septembris maiorem partem officio fungi ut volebam [?], haud permissurunt. / XXo et XXI Septembris lectiones superiores continuaturus, ad annum 1510 et 1511 Iulii II Pontificis consilia contra Galliae regem et res bello gestas: Concilii Porsani contra eundem Galliae regis opera, indicti occasionem ac progressus, eiusque oppositum a Iulio, Lateranense foedus inter Pontificem et plerosque Europa reges contra Gallum: XXIV. et XXVII. Gallorum anno 1512 contra Pontificum Hispanicumque exercitum victoriam: illorum ex Italia fugam et in Galliam reditu: Maximilianum Sfortiam patrem Ducatui restitutum, Navarraeque regem a Ferdinando Catholico, regno suo expulsus: denique Comitiorum Coloniae [v] celebratorum decreta varia et inprimis Germanicum Imperium in circulos distributum, huiusque rei causas, enarravi. XXIII ob disputationem Inauguralem Iuridicam et XXIX ob instans festum lectiones distuli. / Christianus Eberhart.
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 22 f.
Zeitraum	14.10.1658–26.10.1658
Text	Anno MDCLIX / Mense Octobri / Post auctumales ferias in lectionibus

historicis perexi die huius mensis XIV et ad annum 1513. De Iulii II Pontificis obitu, electoque Leone X: de iterata Gallorum in ducatum Mediolanensem expeditione, Novariensi illorum Helvetiis accepta clade redituque egi. / Die XV Natalis Academiae fuit celebratus / [Diebus] XVIII., XIX., XXI Ad eundem annum 1513. Henrici VIII. Angliae regis bellum cum Ludovico Galliae rege, et pacem postea inter eos factam ad annum 1514 bellum a Georgio Saxoniae duce Frisiis illatum: Ad 1515 Galliae regis Ludovici XII obitum, et Francisci I. successoris victoriam ab Helvetiis reportatam, receptumque ab eo ducatum Mediolanensem: Maximiliani Imperatoris et Regum Hungariae Poloniaeque Viennae habitum conventum, et Austriacae familiae in Hungariae ac Bohaemiae regna succedeni iura: Ad 1516 Ferdinandi Catholici Regis Hispaniae excessum, Maximiliani irritam adversus Mediolanum expeditionem: denique pacem inter hunc et Gallos Venetosque sancitum exposui. / [Diebus] XXII, XXV et XXVI Ad annum 1517. De Selimi Turcarum Imperatoris parricidiis, de Ottomannica in universum familia et eius a prima origine incrementis: De Tunizeris [?] ab Amurate institutis eorumque [nachträglich eingefügt über der laufenden Zeile: ad belli usus educandorum exercendorumque] ratione: de Persica Selim expeditione; de Mamaluchis, et eorum per Syriam Ægyptumque imperio, a Selimo everso, verba feci. / Christianus Eberhart.

Quelle 37 Alt 2491, Fol. 21

Zeitraum 31.10.1658–16.11.1658

Text Anno MDCLIX / Mense Novembri / Primo huius mensis die, ut et V. ad annum 1517. De Caroli Austriaci ad avita regna capessenda in Hispaniam adventu: de primo Lutheri Disputatione contra Indulgentias, et harum prima origine, mutatione atque abusu dixi. / Diem II Hospitis cuiusdam adventus, et IV disputatio Inauguralis Medica exemerunt. / Die IIX, IX. XI, XII Ad anno 1518. Luteri acta varia, adversarios et citationem ad causam Romae dicendum: Comititia Augustae a Maximiliano Imperatore celebrata resque ibi agitatae: Lutheri denique cum Cardinale Caietano ibidem habitos congressus, quaeque illum eo anno sunt secuta enarravi. / Diem XV et XVI Nundinae et disputatio Inauguralis Medica, reliquum vero huius mensis librorum D. Dorrii auctio publica occupavit. / Christianus Eberhart.

Quelle 37 Alt 2491, Fol. 20

Zeitraum 02.12.1658–23.12.1658

Text Anno MDCL IIX / Mense Decembri / Secundo et III. huius mensis ad anno 1519 de Maximiliani Imperator obitu, et Caroli Hispaniae ac Francisci Galliae regum studiis in Imperio ambiendo; Helvetiorum item ac Pontificis epistolis [?] ad Electores scriptis egi. / Die VI et VII hiemis inclementia, IX consistorio publico, X. gravi quadem domestica causam sum impeditus. / XIII Disputatio Inauguralis Iuridica fuit habita. / XIV, XVI, XVII, XX, XXIII De variis Pontificis, regum Hispania, Galliae, Helvetiorum et principum Itatorum rationibus, et quid singulorum in rem, seu ut vocant interesse fuerit, si Carolus, vel Gallus, vel alius quidam Imperator electus foret: de Electorum super hac re disputationibus ac consultatione: de Caroli V. electione, conditionibus illi praescriptis, et legatos ad eum in Hispaniam missis dixi. His aliqua etiam de Hildesiensis belli hoc anno exorti causis, initiis et Soltaviensi praelio subiunxi. / Christianus Eberhart.

Quelle	37 Alt 2491, Fol. 19
Zeitraum	18.01.1659–31.01.1659
Text	Anno MDCLIX / Mense Ianuario / Post natalitias ferias capitis et oculorum inprimis doloribus per multos dies impeditus, ad lectiones ordinarias redii die huius mensis XVIII quo, ut et XXo Serenissimae familiae Guelphicae Genealogiam ab Henrico Leone ad nostra usque tempora descriptam proposui, ac belli Hildesiensis Anno 1519 exorti historiam nuper caeptam continuavi / Die XXI a vicino ad filiolum eius baptismi sacris initiandum testis adhibitus et XXIV medicamentorum usu domi detentus, officio fungi haud potui / Die XXV de iis quae eodem anno 1519 in Lutheri causa inter Leonem Pontificem et Electorem Saxoniae acta fuere: De Lipsiensi inter Lutherum et Eckium disputatione: de Zwinglii apud Hebraeos initiis / XXVIIo ad annum 1520 de Caroli Caesaris in Germaniam adventu: de actis principum in controversia Hildesiensi: de Luthero a Pontifice damnato, et decretorum Pontificiorum libro ab eo exusto / XXIXo de Christiani II. Daniae regis bello cum Suecis, et immani in eos crudelitate, ac Gustavi Suecorum postea regis initiis / XXXI ad annum 1521 de Comitibus Wormatiensibus / de Episcopis Hildesiensi proscriptione ac dioecesi a ducibus Brunsvicensibus occupata: de Luthero Wormatiam ab Imperatore evocato ac proscripto egi / Christianus Eberhart
Quelle	37 Alt 204, H.2, fol.119
Zeitraum	01.02.1659–28.02.1659
Text	Anno MDCLIX / Mense Februario / Primis huius mensis diebus iterum oculorum valetudine fui impeditus / Die VIII ad annum 1521 belli inter Carolum Imperatorem et Franciscum I. Galliae regem causas ac initia: Gallos Mediolano pulsos, et Franciscum Sfortiam Ducem factum / Xo Leonis X Pontificis obitu. Ferdinandi Austriaci nuptias cum Anna Hungarica: fratri huius Ludovico illati a Solimanno belli causam et captum Belgradum / XI Gustavi Erii in Suecia contra Danos progressus: ad annum vero 1522 Comitibus Noriberga habita: Carolstadii turbas: Lutheri e Pathmo sua Witebergam reditum: Adriani VI Pontificis electionem, enarravi / Die[bus] XIV et XV ob varia partim graviora domestica, de reditu [?] in Hispaniam, foedere cum Anglia; bello in Italia gesto Genuaque expugnata: / XVIII de Rhodo insula a Turcis capta: de Equitibus Sancti Iohannis, eorum origine ac Malta iis postea concessa dixi. / Die XXI auctio quorundam librorum: et XXII. signum lectionis a famulo communi non datum eam impedivi / Die XXIV ad annum 1523 de Comitibus Noribergensibus et Pontificis legato ad Ordines misso: de horum responso, et Gravaminibus Nationis Germanicae: XXV de Adriani Pontificis morte et electione Clementis VII de belli Italici progressu et foedere Caesaris cum / [V] / Italis XXIXo de Gustavo Erii in Sueciae regem electo et Christierno Dano Vicissima suis expulso electoque Friderico eius patris; proposita simul Daniae regum Genealogi explicavi / Christianus Eberhart
Quelle	37 Alt 204, H.2, fol.120
Zeitraum	01.07.1659–29.07.1659
Text	Anno MDCLIX / Mense Iulio / Prioeres huius mensis dies auctio quorundam

	<p>librorum / mutatio ViceRectoratus / Disputatio Inauguralis Medica / nundinae et aliquando valetudo exemerunt / Docui tamen IVto huius mensis, XIV et XV quibus in historia anni 1545 acta comitiorum Wormatiensium: Caesaris, ad protestantes coercendos, cum Turca inducias, et bellum a protestantibus foederatis cum Henrico Duce Brunsvicensi gestum: ad annum vero 1546 Ernesti Ducis Luneburgensis obitum, et Serenissimae Domus Guelphicae ex eo propagatam seriem; Concilii item Tridentini initium et primas aliquot sessiones ac decreta exposui / XVIII et XIX negotio alicui Academiae nomine interesse iussus sum / XXI et XXII, XXVI, XXIX et XXIX adeundum annum 1546 / Colloquium Ratisbonense, Lutheri obitum, Religionis per Palatina, tum Rheni emendationem, Caesaris eum Philippo Hassio colloquium, comitia Ratisbonensia et belli Smalcaldici causas, Caesaris cum Pontifice ad religionem opprimendam foedus, ac varia eiusdem de bello illo ad ordines et horum vicissimi scripta ac responsa et belli denique ipsius initium enarravi / XXVto iterum valetudo et medicamentorum usus lectionem impedivit / Christianus Eberhart</p>
Quelle	37 Alt 2492, fol.29
Zeitraum	01.08.1659–29.08.1659
Text	<p>Anno MDCLIX/ Mense Augusto / Imo et II huius mensis in historia anni 1546 de belli Smalcaldici progressu ac rebus eo gestis: de disoluto foederatorum exercitu et principibus ac civitatibus superioris Germaniae Caesari supplicibus factis / IVto disputatione inaugurale Medica impeditus / Vto IIX et XI ad anno 1547 de Hermanno Archiepiscopo Coloniensi ob mutatam religionem deposito, de bello in Saxoniam translato, capto Iohanne Friderico Saxone, Philippo Hasso in custodia detento ac profligato a foederatis Erico Brunsvicensi, Bohaemis a Ferdinando domitis et punitis ac belli Magdeburgici postea exorti causis egi / XII fuit Disputatio Inauguralis Iuridica / Per sequentes aliquot dies domestico luctu domi detentus / XXVto de duorum regum Henrici Angli et Francisci Galli excessu eorumque successoribus de nova religionis per Angliam mutatione facta, aliisque nonnullis dixi / XXVItum iterum Disputatio Inauguralis Iuridica exemit ut et XXXum promotio Doctoralis / XXIX de concilii Tridentini nonnullis sessionibus et eodem Bononiam translato, de Comitii Augustanis, Caesarisque quo omnes concilii decretis se subiicere iubebantur, decreto, ac ut Pontifex illud Tridentum revocaret, postulato docui / Christianus Eberhart</p>
Quelle	37 Alt 2492, fol.30
Zeitraum	01.09.1659–27.09.1659
Text	<p>Anno MDCLIX/ Mense Septembri / I et II ad annum 1548 de protestatione Caesaris contra conventum Bononiensem: de libro Interim proposito et quibusdam eam recipere coactis: de Polonici legati actione in comitiis pro Prussiae dominio ac Mauritii Electoris inauguratione / post Vtum et VI ob nundinas feriatos / IIX et IX de mutationibus ac persecutionibus ob librum Interim exortis, Magdeburgo et Constantia proscriptis, Mauritii Electoris et Theologorum eius actis in causa religionis et Adiaphoristico certamine, de horribili Franc. Spierae casu Vergerio ad Evangelicos transeunta, ac missa per Angliam abrogata exposui / XII et XIII gravi negotio domestico impeditus / XVto, XVI, XIX, XX, XXII, ad annum 1549 iterum de Adiaphoristico certamine et</p>

Quelle	Pauli III. Pontificis obitu, ad annum 1550 de Iulio III. electo ac Iubilaeo ab eo celebrato, de comitiis Augustae indictis, et edicto Caesaris in Lutheranos in Belgio proposito ac decreto in comitiis de religione facto: de Magdeburgensium clade et obsidionis initio, de contentione inter Caesarem et fratrem Ferdinandum ob successionem in Imperio, de pace inter Gallos et Anglos ac bello Caesaris in Africa, deque variis principum pro Landgravio captivo intercessionibus et actionibus dictata explicavi / XXVI et XXVII ad annum 1551 de concilio Tridentino a novo Pontifice instaurato et publica fide protestantibus ad id accessuris a Caesare et deinde a patribus data: de Osiandris cer- [v] tamine: de belli Parmensis causis et initio: de Galliae regis contra concilium protestatione et huius aliquot decretis: de protestantium quorundam ad concilium legatis, Mauritii de bello Caesari inferendo consilio ac pace Magdeburgensibus data egi / Christianus Eberhart 37 Alt 2492, fol. 31
Zeitraum	10.10.1659–31.10.1659
Text	Anno MDCLIX / Mense Octobri / finitis feriis Auctumnalibus cum aliquot praeterea dies necessaria quadam negotia ac festum Academiae, [nachträglich Hinzufügung:] actus item promotio in Facultate Iuridica occupassent, ad lectiones historicas redii die huius mensis XX. et illis per sequentas dies XXI, XXIV, XXV, XXVII, XXIIIX, XXXI continuatis, historiam anni 1552 de concilii Tridentini adhuc continuati et legatorum ac Theologorum Protestantium eo missorum actionibus ac patrum ob imminens Saxonicum bellum, fuga, de Mauritiani belli causis, principum ob id foederibus et consiliis; de eiusdem belli apparatu, initio ac progressu, Caesaris fuga ac pace Passaviensi eiusque capitibus: de Meti aliisque oppidis a Galliae rege captis, Caesaris ad illam recuperandam irrita expeditione ac belli denique Albertini initio, ad annum 1553 eiusdem ab Alberto moti belli historiam, praelium Sievershusanum et alia id secuta. Augusti Electoris quaedam facta, et Servannam a Caesare expugnatam atque eversam enarravi / Christianus Eberhart
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol. 32; 142
Zeitraum	01.11.1659–24.11.1659
Text	Anno MDCLIX / Mense Novembri / I, III et IV huius mensis ad annum 1553 De Maria Anglica post Edvardi fratris obitum regno potita: procerum ibi suppliciis et Pontificia religione instaurata: de Senensi bello; Turcica classe cum Gallica coniuncta, ac Mustapha a patre Solymmano interfecto, ad annum 1554 de transactione inter Augustum et Iohannum Fridericum Saxoniae Electores, Alberto denuo a Camera et Caesare proscripto atque e Germania expulso, continuatis in Anglia procerum suppliciis, Mariae reginae cum Philippo Hispaniae rege nuptiis exposui / Die VII et VIII catarrho et dentium dolore ac / X Disputatione Inaugurale Medica inpeditus XI ad eundem annum 1554 de Anglis a Polo Cardinale in Romanae Ecclesiae societatem receptis atque Orthodoxis supplicio affectis, ad annum 1555 de pace religionis in Augustis Comitiis confirmata de haereditario inter Saxoniam, Brandenburgicam atque Hassicam familiam foedere renovato egi / XIV et XV fuere nundinae / XVII, XIIIX, XXI et XXIV de electo post Iulii III ac Marcelli II Pontificum obitum Paulo IV de senis Caesari deditis ac sequentibus annis Cosmo Florentino concessis,

	de foedere a Pontifice et eius propinquis Carafis cum Galliae rege facto, regnis ac imperio a Caesare depositis, ad annum 1550 de utraque Sacramenti specie Austriae et Bavariae provincialibus a principibus eorum concessa, de religionis per Palatinatum Rheni Marchionatum Badensen ac Spirae emendatione facta: Henrici Brunsvicensis cum Sophia Polona nuptiis: Caesaris et / [v] / Philippi cum Gallo factis induciis et ab hoc iterum Pontificis impulsu ruptis, Albani ducis in Latio rebus gestis, Caesaris in Hispaniam abitu, et continuatis Orthodoxorum in Anglia supplicii dictata explanavi / Per reliquos huius mensis dies Anatomiae exercitium auditores avocavit / Christianus Eberhart
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol. 33; 141
Zeitraum	01.12.1659–23.12.1659
Text	Anno MDCLIX / Mense Decembri / Cum 1um huius mensis Anatomicum exercitium / Ium Disputatio Inauguralis Medica / VI actus promotionis in Facultate Medica exemissent, nec solo Vto interposito pergere esset commodum, / ad lectiones redii die IIX quo et IX. ad annum 1557 colloquium Wormatiense irritum successu institutum, Guissi et Albani Ducum in Italia res gestas, et Gallorum ad Sancti Quintini cladem: Moschici belli in Livonia causas occasionesque proposui / XII Tabellario in patriam ablegandi et literis pluribus eo scribendis impeditus, XIII, XV, XVI, XIX, XX ad annum 1558 de Moschici belli initiis ac progressu, de Imperio a Carolo Caesare per legatos in Francofurt, comitiis deposito et praescripta Ferdinando capitulationis formula, Caeto a Guisio Anglis adempto et nova Gallorum in Flandria clade: de Caroli Caesaris et duarum eius sororum ac nurus Mariae Anglicanae, succedente huic sorore Elisabetha, obitu ad annum 1559 de Ditmarsis a Daniae rege et Holsatiae Ducibus debellatis, comitorum Augustanorum actis, pace inter Philippum et Gallos facta, illiusque in Hispaniam abitu et Orthodoxorum ibi supplicii, Christiani III. et Christiani II Daniae, ac Henrici II. Galliae regum, Pauli IV. Pontificis et aliorum principum excessu, ac Pio IV. Pontifice electo: de mutationibus in Gallia sub novo rege Francisco II. ortis, religione in Anglia ab Elisabetha denuo mu- / [v] tata belloque in Livornia a Moschis continuato dixi. XXII. et XXIII. Geographicas lectiones privatas, ad quas tamen quosvis id petentes, gratis admisi ac publice me audientes etiam ultra invitavi urgentibus auditoribus, hora, qua publice alias doceo, cum alia non vacaret, habui. Sequentes dies festum Natalitium fecit feriatos / Christianus Eberhart
Quelle	37 Alt 2492; 37 Alt 204, H.2, fol. 34; 140
Zeitraum	31.12.1659–31.01.1660
Text	Anno MDCLX Mensibus Ianuario et Febuario / Exactis feriis natalitiis, nuptiarum apparatus et post has necessaria rei familiaris constituendae, et alia negotia reliquum huius mensis eripuerunt / VII Februarii ad lectiones redii, et seposita ad tempus recenti historia, Sallustii de Coniuratione Catilinae libellum publice interpretari coepi / Per reliquos huius mensis dies perrexi omnes exceptis XIII et XX quibus ob lienis et capitis affectus medicamentis utendum mihi fuit / Christianus Eberhart
Quelle	37 Alt 2493, fol.32
Zeitraum	29.02.1660

Text Anno MDCLX Mense Martio / Primis huius mensis diebus perrexi usque ad XII quo ut et XIII ob auctionem quorundam librorum auditoribus plerisque absentibus lectionem differre sum coactus / Reliquas porro lectiones ad finem usque mensis habui / nisi quod XXIIo privatum Consistorium et / XXVI publicum ultra meridiem protractum impedimento fuerit / Christianus Eberhart

Quelle 37 Alt 2493, fol.33

Zeitraum 31.03.1660

Text Anno MDCLX Mense Aprili / Lectiones priori huius mensis parte sustulerunt III huius die Disputatio Inauguralis Iuridica, et / IX ac X nundinae / Caeteris diebus perrexi, ut et in ipsa sacra hebdomada, / in qua XVII Aprilis Sallustii Catilinariam Coniurationem absolvi / Secuti sunt dies ob passionis et resurrectionis Dominicae memoriam feriat / Christianus Eberhart

Quelle 37 Alt 2493, fol.34

Zeitraum 30.04.1660–31.05.1660

Text Anno MDCLX Mense Maio / Post Paschatos ferias, auctione librorum et actu promotionis in facultate Iuridica per dies aliquot impeditus ad lectiones redii die huius mensis XV et cum ea, quae in Catalogo lectionum habendarum promisi, ob moram a typographo factam tractare nondum liceret, interea Tabb. Chronologicas Ch. Schraderi ab O.R. ad natum usque Servatorem explicandas suscepi / XVIIIo in privatum consistorium vocatus pergere non potui / Caeteris diebus usque ad XXXI quo festum fuit Adscensionis Dominicae, lectiones ordinarias serie haud interrupta habui / Mense Iunio / I, IV, V, VIII huius mensis in explicandis Tabb. Chronologicis perrexi, et ad IVtae usque dimidium perveni / VIImam gravius quoddam negotium eripuit / Secuti sunt dies a Pentecoste usque ad festum Sancti Iohannis feriat / Scripsi die 23 Iunii / Christianus Eberhart

Quelle 37 Alt 2493, fol.35

Zeitraum 26.06.1660–24.09.1660

Text Anno MDCLX / Mensibus Iunio et Iulio / Iunii die XXVI, XXIX, XXIX in explicandis Tabb. Chronologicis Ch. Schraderi perrexi / Iulii mensis primis diebus itidem officio functus, Ixo et X ob nundinas et XII ob mutationem ViceRectoratus cessavi / Caeteris diebus, nisi quod XXum valetudo / et XXIIIum sponsalia ancillae exemerint, omnibus, ordinarias lectiones continuavi / Mense Augusto / Hoc mense diebus ordinariis omnibus docui, exceptis Xmo quo aestus valetudini gravior / XIVto ac XVI quibus Disputationes inauguralis Medica et Iuridica, ac XXXo quo consistorium privatum, lectiones impediverunt / Mense Septembri / III et IVto huius mensis nundinae fuerunt / VI, VII, XX, XXI partim Tabb. Chronologicarum explicationem absolvi, partim summariam Imperiorum et regnorum plerorumque ab O.R. ad natum Servatorem enarrationem institui, singulorumque situm ac limites in Tabb. Geographicis ostendi, itemque dissertationem de IV vulgo ita dictis Monarchiis et vero prophetiae Danielis sensu habui / Diebus intermediis, quibus etiam duae Dispp. Inaug. Iuridicae sunt habitae, morbo fui impeditus / XXIVto vero, quoniam [?] ea Hebdomada duae iterum Disputationes Inaugurales futurae

Quelle	essent, ut novi aliquid ante ferias mox insecuturas Auctumnales auspicare operae pretium haud esse duxi / Christianus Eberhart 37 Alt 2493, fol.36
Zeitraum	22.10.1660–26.10.1660
Text	Anno MDCLX / Mense Octobri / Cum post auctumnales ferias necessario et praeter spem longiore itinere impeditus essem, ad lectiones redire licuit die demum XXII quo et sequentibus de Caroli V Imp. Electione acturus, aliqua primum de Germanicae historiae ac propositi argumenti scopo atque usu: deinde de Austriacae familiae origine, incrementis ac ditionibus / et quomodo Burgundicis postea provinciis ac mox Hispaniae huicque annexis regnis Austriaci potiti fuerint, exposui / Diem interim XXVum Disputatio Inauguralis Medica mei ex sorore nepotis / ac XXVI eiusdem abitus exemerunt / Christianus Eberhart
Quelle	37 Alt 2493, fol.37
Zeitraum	01.11.1660–27.11.1660
Text	Anno MDCLX / Mense Novembri / Diebus prioribus huius mensis iterum de Austriacae familiae incrementis, Caroli V. natalibus, et Electionis eius nonnullis circumstantiis, ubi obiter etiam de incommodis quibusdam regni electitii / deinde de potissima Causarum circumstantia acturus, competitoribus seu Candidatis Imperii, regibus item principibus et populis exteris, qui sua aliquid electionem huius vel illius interesse putarunt, enarratis, in genere de ultimis principum ac rerum p. finibus seu scopis nonnulla monui / In specie postea de Caroli Hispani et Francisci Galli in electionis negotio causis seu rationibus dicere aggressus sum / XII, XIII, XV nundinis et nuptiis ancillae domi meae celebratis pergere prohibitus, perseqq. dies de eorundem regum causis agere perrexi, ac controversiis eorum ad IV summa capita seu principales controversias, Burgundicam, Neapolitanam, Mediolanensem ac Navarreaeam revocatis, de singulis illis earumque antiquis novisque causis ac iuribus per singulas horas verba feci / post alias etiam mutui et haereditarii odii metusque inter reges illos eorumque maiores, Burgundos et Aurelianenses Duces Maximilianum item Imp. regesque Galiae causas, et cur praeter propriam Imperii cupiditatem alter alterum in eo consequendo impedire necessarium sibi duxerit, exposui / Ex illis tamen diebus XIXum et XX iter Schönningam ex decreto consistorii ad salariorum partem recipiendam susceptum / et XXII Disp. Inaug. Theologica / et XXVII funus viduae d. Fabricii exemerunt / Christianus Eberhart
Quelle	37 Alt 2493, fol.38
Zeitraum	03.12.1660–21.12.1660
Text	Anno MDCLX/ Mense Decembri / Die III et IV de Helvetiorum foederis initiis, et eorundem in Electionis negotio causis seu Interesse / et cur neque Austriacum neque Galliae regem illo Imperio potiri voluerint; / de Angliae item rege Henrico VIII. eiusque in ea causa studiis / Inprimis autem Anglorum in Galliae regnum iuribus ac titulo usurpato, et obiter de lege Salica disserui / VIo et VII domestica causa graviore / Xmo promotione Doctorali Theolog. / XI et XIII eadem causa domestica et valetudine fui impeditus / Caeteris diebus usque

ad XXI de Imperii Germanici iuribus in Italia per Romanos Pontifices
imminutis; / et rationibus, cur illi quemvis admodum potentem Imperatorem
fieri haud lubentes sinant / deinde in specie, cur Caroli Electionem Pontifex
impedire conatus fuerit / cur item Francisci rebus haud sincere studuerit / ac
potius e caeteris Germaniae principibus aliquem eligi voluerit explicavi /
Postea Venetorum in hoc negotio pariter ab omni parte causis propositis,
tandem Germaniae reactiones, qualemque et quem eius eo tempore status
Imperatorem postulaverit, pro temporis angustia breviter indicavi,
lectionibusque de hoc argumento finem imposui / Christianus Eberhart

Quelle

37 Alt 2493, fol.39

Zitierhinweis

Prof. Christian Eberhart. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur
frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel.
2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-55-eberhart> [06.07.2026]